UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 7. Appellatio Parisiensis Universitatis ad futurum Concilium

urn:nbn:de:hbz:466:1-66459

Visual Library

Sæcul. XV.
A.C. 1467.

§. VII.

Appellatio Pariſienſis Univerſitatis ad futurum Concilium.

Spond. Contin. annal. ad ann. 1467. n. 3

Plurimum diſplicuit Academiæ Pariſienſi abrogandæ ſanctionis conſilium; Quare illius Rector una cum pluribus ejus ſociis Legatum adibat, atque ab eo necnon ab omni prædictarum literarum effectu contra dictam legem obtento vel impoſterum obtinendo provocavit ad futurum Concilium Generale, indeque *Caſtelletum* petens, idem præſtitit, ſuamque appellationem in acta referri curavit. Cardinalis Balves, cum rem expectatione ſua gravioribus difficultatibus obnoxiam cerneret, & quorumdam animis jamjam incaleſcentibus, majora facile incommoda, turbasque, ſi pertinacius rem urgeret, inde orituras pertimeſceret, maxime eo tempore, quo Regis auctoritas necdum ſatis firma ſubſtiterat; hinc negotii curſum ardentius promovere noluit. Unde nil amplius in hac cauſſa actum eſt, donec Ludovici XI. Succeſſor regni habenas moderari cæpiſſet.

§. VIII.

Cardinalis Atrebatenſis indoles ex Cardinale Papienſi.

Papienſ. epiſt. 48. & 394.

Præcipuus ex duobus illis Cardinalibus, qui